

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Auff Ihrer Königl. Majest. zu Dennemarck Norwegen,  
e[t]c. e[t]c. Allergnädigsten Specialen Befehl, Revidirte  
Oldenburgische Stadt-Schul Ordnung**

**Adler, Jacob Nicolaus**

**Oldeoburg, 1703**

**VD18 13393405**

Arithmeticus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17761**

# ARITHMETICUS.

## Die Lunæ & Martis.

à 7. ad 8. & 9. Latinè & germanicè legendo exercentur Discipuli ; Qui scripturam typis expressam expedite legere norunt, exercebuntur in legendis literis manu exaratis ; Qui arithmeticam discunt, his horis varia elaborabunt exempla.

à 1. ad 2. & 3. Eadem tractantur, quæ horis ante-meridianis.

## Die Mercurii.

à 7. ad 8. & 9. Juniores recitant tantum verba Catecheseos Lutheri, profectiores addiscunt explanationem Alardinam.

Feriz.

Psalmos Davidis, pias preces, aut selectiora sacæ scripturæ dicta, ut & cantilenas sacras memoriter reddunt.

## Die Jovis & Veneris.

à 7. ad 8. & 9. Eadem lectiones, tractantur quæ diebus Lunæ & Martis.

à 1. ad 2. & 3. Idem pensum absoluitur quod diebus Lunæ & Martis.

Die



## Die Saturni.

à 7. ad 8. & 9. Idem labor,  
qui die Mercurii præscri-  
ptus.

à 1. ad 2. Describunt aut E-  
vangelia aut Epistolas Do-  
minicales, aut dicta Bib-  
lica, aliasve odas sacras,  
cum Evangeliiis conveni-  
entes.

Post Secundam &c. precibus  
& cantilenis Vespertinis  
interfunt.

Arithmeticus quoque exercitium declinationis è Donato  
Discipulis suis pro captu inculcabit.

Alternis Septimanis Sub-Cantor & Arithmeticus cantio-  
nibus matutinis, precibusque præmissis lectiones cum  
suis serorsim ordiuntur.

Caput aliquod Biblicum à Discipulis alterutrius Classis,  
qui lectionis potens est, elatâ voce prælegitur,  
ut & caput fidei catechetiçæ è minori  
Catechesi Lutheri germanicè  
recitatur.



# CLASSIS II.

## De Studio Morum.

### §. I.

**S**tudiorum ergo ad nos accedentes apud Rectorem nomen suum profitentor, ab eodem examinantor, introducuntor.

§. II. Sicuti autem nemini fas esto Scholam in scio invitoque Rectore ingredi: Ita nec ipso clam aliisque Præceptoribus non compellatis tanquam ingrati hospites sine debita gratiarum actione pro fideli institutionis labore, ex hoc nostro Lyceo discedunto.

§. III. Non tantum Rectori, sed & cæteris Collegis singulis quilibet Discipulus pietatem, obedientiam, modestiam, honorem, animique grati studium promittito, animo etiam, gestibus, dictis & factis re ipsa exhibeto.

§. IV. Et dicto modo venerantor suos Præceptores non tum cum humaniter tractantur, sed & quoties justis de causis corripuntur.

§. V. Nullas omnino querelas, multo minus falsas, ad quenquam nisi ad Rectorem & Præceptores deferuntor, nihilque eorum, quæ in Scholastica Disciplina & castigationibus fiunt, temere divulgantor, nisi excessus

